UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De Imitatione Christi Libri Quatuor

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput IV. De pura mente & simplici intentione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45780

Visual Library

Et ſunt qui nec pacem habent, nec alios in pace dimittunt: alii ſunt graves, ſed ſibi ſemper graviores.

Et ſunt, qui ſeipſos in pace retinent, & ad pacem alios retinere ſtudent.

Eſt tamen tota pax noſtra in hac miſera vita potius in humili ſufferentia ponenda, quam in non ſentiendo contraria.

Qui melius ſcit pati, majorem tenebit pacem. Iſte eſt victor ſui, & dominus mundi, amicus Chriſti, & hæres cœli.

## CAPUT IV.

### *De pura mente, & ſimplici intentione.*

Duabus alis homo ſublevatur a terrenis, ſimplicitate ſcilicet, & puritate.

Simplicitas debet eſſe in intentione, & puritas in affectione.

Simplicitas intendit Deum, puritas apprehendit & guſtat.

Nulla bona actio te impediet, ſi liber intus ab inordinato effectu fueris.

Si nihil aliud quam Dei beneplacitum, & proximi utilitatem intendis, & quæris, interna libertate perfrueris.

Si rectum cor tuum eſſet, tunc omnis creatura ſpeculum vitæ, & liber ſanctæ doctrinæ eſſet.

Non eſt creatura tam parva, & vilis, quæ Dei bonitatem non repræſentet.

2. Si tu eſſes intus bonus, & purus, tunc omnia ſine impedimento videres, & bene caperes.

Cor purum penetrat cœlum & infernum.

Qualis unusquisque intus eſt, taliter judicat exterius.

Si eſt gaudium in mundo, hoc utique poſſidet puri cordis homo.

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et ſi eſt alicubi tribulatio & a
guſtia, hoc melius novit mala co
ſcientia.

Sicut ferrum miſſum in ignem am
tit rubiginem, & totum candens e
citur: ſic homo integre ad Deum
convertens a corpore exuitur,
in novum hominem transmutatur.

3. Quando homo incipit tepeſ
re, tunc parvum metuit laborem,
libenter externam accipit conſolati
nem.

Sed quando perfecte incipit ſe vi
cere, & viriliter in via Dei amb
lare: tunc minus ea reputat, q
ſibi gravia eſſe ſentiebat.

## CAPUT V.

### *De propria conſideratione.*

1. Non poſſumus nobis ipſis nim
credere, quia ſæpe gratia no
bis deeſt, & ſenſus.

Modicum lumen eſt in nobis,
hoc cito per negligentiam amitti
mus.

Sæ